

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**De historiae Iesu tenendae tradendaeque necessitate ac
modo**

**Fickelschers Erben und Stranckmann Fickelschers Erben und
Stranckmann**

Iena, MDCCCLXXXIII.

Titelblatt

urn:nbn:de:gbv:45:1-9873

4
SOLEMNEM
NATI CHRISTI
MEMORIAM
PIE CELEBRANDAM
INDICIT
ACADEMIA IENENSIS.




De historiae Iesu tenendae tradendaeque necessitate ac modo.

Sectio 1. *auct. Joh. Christ. Döderlein*

IENAE
EX OFFIC. FEL. FICKELSCHERR. HAERED. ET STRANCKMANNI



Landesbibliothek Oldenburg



DEI GRATIA
CAROLVS AVGVSTVS

DVX SAXONIAE IV LIACI CLIVIAE MONTIVM
ANGARIAE ET GVESTPHALIAE LAND GRAVIS
THVRINGIAE MARCHIO MISNIAE COMES PRIN-
CIPIS DIGNITATE HENNEBERGAE COMES MAR-
CAE ET RAVENSBERGAE DYNASTA RA-
VENSTEINII REL.

RECTOR ACADEMIAE IENENSIS
MAGNIFICENTISSIMVS

S. D.
C I V I B V S

Si nihil praestantius est generi humano datum, quam religio Christiana, qua ademta omnis veritatis divinae ac virtutis cultus et felicitatis spes certa deficit; et si natura ipsa sensu quodam suavitatis imbuit animos nostros, cum virorum, qui magnitudine rerum gestarum et meritis nobilitantur, historias persequimur: debet profecto nobis, CIVES OPTIMI, iucundissima esse non tantum temporis illius, quo Iesus, salutis humanae autor et stator, interesse rebus terrestribus coepit, verum etiam universae vitae eius, tot tantisque factis clarissimae, pia atque adsidua recordatio. Etenim cum videmus ingenium humandum ab intuitu et admiratione rerum, feliciter et cum virtutis quadam excellentia gestarum, repente converti ad historiam illorum, qui eas patrarunt, atque cupide querere, qua patria, quibus